Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Sixtus

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

uicens abscessit et aliam domum ultra illam
aspiciens ad illam uenit et pulsans ad
hostium se ibidem recipi postulabat. Sed
que deintus erat hospita respondit. Ego
sum uirtus que hic habito. et hec domus mea
te autem hospicio non recipio. quia uirtus eum
non liberat qui eam non amat. Idemque ascendens
tertiam domum ultra illam aspexit. ad quam
ueniens se sibi cum tanto impetu repetitis
recipi flagitauit. Cui quidam deintus erat
respondit. Ego sum pax que hic habito. sed non est
pax impiis. sed tantum hominibus bone volun
tatis. Verum quia ego cogito cogitationes
pacis et non afflictionis. utile consilium
tibi do. Ultra soror mea habitat que mi
seris semper auxilium prestat. ad hanc
accede et eius monita comple. Cum ergo ac-
cessisset que deintus erat respondit ei. Ego
sum misericordia que hic habito. Si igitur ab immi
nenti tempestate saluari desideras. ua
de ad domum in qua fratres predicatores
de Bononia habitant. ibique inuenies sta
bulum doctrine. et inter presepe scriptu
re asinum simplicitatis cum boue dis
cretionis. Mariam illuminantem et perum
thum te saluantem. Cum igitur predictus
scolaris euigilasset ad domum fratrum ue
nit et uisionem per ordinem recitans habi
tum ordinis petiit et accepit. De sancto
Syxtus dicitur a syos quod est deus. Syxto
et status. quasi diuinus status. vel sex
tus dicitur a sisto sistis. quasi firmus et fixus
in fide et passione et bona operatione.
Syxtus papa athenis. De sancto donato
Sixtus natione atheniensis primo quidem philosophus.
sed postea christi discipulus et pontifex est
summus effectus. Decius Valerianus cum
duobus dyaconibus suis felicissimo
et agapito presentatus est. Quem cum
decius nullis posset persuasionibus
inclinare fecit eum duci ad templum martis ut
aut sacrificaret aut in custodia reciperetur.
Sed cum sacrificare renuisset in custodia ma
mertini ducitur. Beatus laurentius post eum clamans
ibat dicens. Quo progrederis sine filio pater
quo sacerdos sancte sine ministro properas? Cui syxtus. Non
ego te desero fili. nec derelinquo. sed maio
ra tibi debentur certamina. post triduum me
sequeris sacerdotem leuita. Interim thesauros
ecclesie accipe. et quibus tibi uidetur diui
de. Quos cum ille christianis pauperibus distri
buisset. Valerianus prefectus decreuit ut
sixtus ad templum martis sacrificaturus
ducetur. et si renuerit ibidem capite
truncetur. Qui cum duceretur. beatus laurentius
post eum clamare cepit ac dicere. Noli
me derelinquere pater. quia thesauros tuos
iam expendi. Tunc milites audien
tes laurentium tenuerunt. Sixtum uero cum
felicissimo et agapito ibidem decolla
uerunt. In hac die festum est transfigura
tionis domini. et sanguis christi de nouo uino
si inueniri potest. in aliquibus ecclesiis conficiatur
uel saltem de matura uua aliquantulum
in calicem eliquatur. In hac etiam die race
mi benedicuntur et populus communicat. Ra
tio autem huius est ex eo quod dominus discipulis
suis in die cene dixit. Non bibam amodo
de hoc genimine uitis donec bibam
illud nouum in regno patris mei. Illa uero
transfiguratio domini et quod dicit nouum ui
num representat gloriam innouationem
quam christus post resurrectionem habuit. et
ideo in hac die transfigurationis domini que re
nouationem representat uinum nouum inquiritur.
Non quod in hac die transfigurationis ut
quidam dicunt transfiguratio sit facta. sed
ab apostolis manifestata. Transfiguratio
enim tunc fuisse dicitur circa principium ueris.
discipuli autem propter prohibitionem eius tacuerunt.

ipam tamdiu celauit. ita legit in libro qui dr mitrale. De sco Donato

Donatus dr q. a deo natus. ł b p regenerationem ł gre infusionem ł glorificationem que e tps. Regenerationis spiritualis ad sciam ł cum sci moriunt tc ł nasci dicunt. vn obitus scorum n mors sz natale uocat. Puer n. appetit nasci ut recipiat ampliorem locum ad manendum. liberiorem cibum ad uescendum. liberiorem aerem ad respirandum. ł lucem ad uidendum. Et quia sci cum de utero mris ecclie exeunt p mortem. illa iiij. scdm modum suum recipiunt. ideo nasci dicuntur. vl dr donatus. q. a deo datus. De sco Donato

Donatus cum iuliano imperatore crescit ł nutritus e. ita qd postmodum iulianus fuit tc in subdiaconum ordinatus. Sz cum imperium sibi usurpatus fuisz. patrem ł matrem sci donati occidit. Donatus ideo laurentinam ciuitatem fugit. ł ap hylarium monachum manens. multa ibidem miracula fecit. Nam p ses ciuitatis hns filium demoniacum. cum eum ad btm donatum adduxisz. clamare cepit in mund spc ac dicere. In noie dni nri ihu xpi noli .. m molestus ee. ut de domo mea egrediar. O donate quare me coartas exire cum tormentis. Sed orante donato. fuit liberatus. Uir quidam eustachius noie exactor fisci in tuscia pecuniam publicam in custodia uxoris noie eufrosine dereliquit. Sz cum puincia ab hostibus purgeretur pecuniam abscondit. ł dolore preuenta. uitam finiuit. Vir autem ei rediens cum pecuniam inuenire n posset. ł iam cum filiis suis ad supplicium tradi deberet. ad scm donatum confugit. Donatus autem ad sepulchrum uxoris cum eo pgens oratione facta clara uoce dixit. Eufrosina p spm scm te adiuro ut dicas nob si talem pecuniam posuisti. ł facta est uox de sepulchro dicens. In ingressu domus mee ibi eam suffodi. ł euntes eam ibi ut dixerat inuenerunt. Post aliquot dies satirus eps in dno obdormiuit ł oms clerus donatum in epm elegit. Cum quadam die missa celebrata ppls communicaret. ł dyacon communicantibus xpi sanguinem ministraret. impingentibus subito paganorum impulsu dyacon cecidit. ł calicem scm fregit. De quo cum ipse ł oms ppls plurimum mesti essent Donatus fragmenta calicis colligens. oratione ipm in formam pristinam reformauit. Vna tm particula a dyabolo abscondita fuit. que in calice predco defecit. que tamen e ad testimonium huius miraculi ... ł hoc lupul ma subsequitur. Fons quidam adeo erat infectus ut quicumque de illo biberet p tm moreretur. .. Vir gs scs donatus sup asinum suum illuc ueit ut oratione fa aquam sanaret. draco terribilis inde erupit. ł pedes asini cauda inuoluens contra donatum p tm se erexit. quem donatus flagello quodam pcutiens uel ut quod alibi legitur in os ei expuens continuo interfecit. orauitque ad dnm ł omne uenenum a fonte fugauit. Alia uice a fonte dum ipse cum sociis quadam uice nimia sitiret. sua oratione ibidem pduxit. Cum filia theodosii imperatoris a demone uexaretur. ł ad scm donatum adducta fuisset. dixit donatus Exi immunde spc. ł noli in plasmatum dei habitare. Cui demon. Da m̄ transi

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg